



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt episcopi in synodo residentes, quæ ad emendationem vitæ pertineant
primùm emendent. lviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De rebus dubijs in concilijs episcoporum
emergentibus. Cap. LVII.*

*Ex epist.
Bonifa-
cy papæ.
ad episco-
pos Gal-
lic.* **S**I inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emerferit de ecclesiastico iure, vel de aliis negociis: primùm metropolitanus eorum cum aliis quibusdam in concilio considerans rem iudicet. Et si non acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis canonibus, & legibus nostris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars valeat calculo eius contradicere.

*Vt episcopi in synodo residentes, quæ ad emendationem
vitæ pertineant, primùm emendent. Cap. LVIII.*

*Ex cõcil.
Auernē
si, cap. 1.* **I**N primis placuit, vt quoties secundum statuta patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquã prius causam suggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ, ad seueritatem regulæ, ad animæ remedia pertinent, finiantur.

*De metropolitano si comprouincialem episcopum in
sua causa audire distulerit. Cap. LIX.*

*Ex decr.
Alexan-
dri papæ* **S**I metropolitanus à quocunque comprouinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit, in proxima synodo negocii sui habeat licentiam exercendi: & quicquid propter iustitiam à comprouincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

Vt episcopi in ista iudicia semper dydicent. Cap. LX.

*Ex cõcil.
Romenſi,
cap. 19.* **V**T episcopi & iudices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicio mundi, quædam iudicio Dei reseruanda. Scriptum est enim: Nolite iudicare ante tempus, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit absconditâ tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. Et illius memores sint: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini & vos.

*Vt canonum statuta ab omnibus ritè custodiantur, & nullus
ea suo sensu dydicare præsumat. Cap. LXI.*

*Ex cõcil.
Medesī,
cap. 11* **C**Anonum statuta sine præiudicio ab omnibus custodiatur, & nemo in actionibus, vel in iudiciis eccle-